- Phasis** urbs Aeæ ad Phasin amnem. 693. per quem an Iason navigavit in Colchos. ibid. qui idem unde oriatur et mari immergatur. ib. et per quem Poëtae exprimunt regionem Colchicam. ibid. unde a fluvio Phasiana dicitur regio. ibid. Medea Phasias. ibid. populi et aves Phasiani. ib. Phasin etiam esse flumen in insula Tapobrana. 693.
- Phatriam** seu Phratriam fuisse tertiam tribus partem apud Athenienses. 693.
- Phazemon** potius quam Phamizon vicus Amasiae. 688.
- Phegea** urbs Arcadiae. 695. dicta prius Erymanthus. ib. dein Psophis. ibidem.
- Pheleessaei** gens contermina Umbbris. 694. an sint Falarienses. ibidem.
- Phelleus** mons Atticae. 694. scandis capris aptus. ibid. ex Phelleo qui venire dicantur. ib.
- Phellus** Lyciae civitas ad Masicytum montem. 88. 694. necnon Pamphyliæ. ib.
- Phenebethis** urbs Aegypti. 694. Phoenebythis autem Panopolitanæ praefecturee vicus. ibid. cuiusnam Valentini patria. ib.
- Pheneus** urbs Arcadiae. 694. cuius pars fuit Azaria. 694. Pheneus vetus et nova. 694.
- Pherae** una ex VII urbibus Achilli dotis nomine ab Agamemnone promissis. 689. urbs Thessaliae. 695. unde denominatur Alexander Phereus. ib. qui ab uxore Thebe cur necatus. ib.
- Pherecydes** unus Atheniensis. 626. alter Syrius docens Pythagoram μετεμψύχωσιν. ibid.
- Phidias** sculptor quomodo in scuto

- Minervae caelaverit praelium Thesei adversus Amazonas. 68.
- Phila urbs Macedoniae. 697. conditor. ib. situs. ib. insula etiam Aegypti. 697.
- Philadelphia urbs Lydiae una. 697. conditor. ib. situs. ib. alia Syriae dicta antea Ammana, deinde Astarte. 698. situs. ib. an sit Rabbath filiorum Ammon seu Rhabbatammana. ib.
- Philaidae populus Aegeidis tribus. 698. unde oriundus Pisistratus. ibid. Philaidarum quoque nomen apud Athenienses fuisse cuidam familiae, unde ortus erat Gargettius ille senex. ib.
- Phileas regio Byzantii. 698. aliis promontorium, aliis urbs. ib.
- Philemonis Poëtae Comici patria quae. 613.
- Philippi urbs Macedoniae. 698. dicta antea Grenides et Datum. ib. Philippos etiam dici Thebas Thessaliae. 698.
- Philippum III. Hispaniarum Regem Regno suo Moriscos expulisse. 603.
- Philippus Alexandri M. pater in Aegeis urbe a Pausania Cerastae filio ex Orestarum gente occiditur. 32.
- Philippus Macedonum Rex, Persei pater quid cupiat. 221.
- Philippus Medicus medicatur morbum Alexandri M. 598.
- Philippopolis urbs Macedoniae. 798. conditor. ib. situs. ib. tria nomina alia. ib. an dici possit urbs Thraciae. ibid. ubi condita. 699.
- Philo Byblius quid scripserit. 164.
- Philomelium urbs magnae Phrygiae. 699. incolae Philomelien- ses. ib.
- Philosophi Ethnici quidem de rerum creatione dissentiebant, in eo tamen consentiebant, Ex nihilo nihil posse fieri. 6.
- Philotera urbs una circa Troglyticam. 699. an sit Philoteras portus. ibid. vel Philoteris. ib. alia cavae Syriae. 699. an ita etiam dicatur regio Aegypti. 699.
- Philoxenus quales Nomos compo- surit. 467.
- Philyres gens prope Pontum. 699. unde denominata tecta Philyrea. ibid.
- Philyrida insula ubi sita. 699.
- Phineas et Phileas an sint unus idemque locus. 699.
- Phinopolis urbs ad Pontum. 699.
- Φλά an apud Herodotum recte legatur. 697.
- Phianon urbs cum portu. 699. situs. ibid. nunc Istriae urbs. ib. vulgo Fianona. ib. aliis Flanona. ibidem.
- Phlegon quid scripserit. 435.
- Phlegra urbs Thraciae. 700.
- Phlegya urbs Boeotiac. 700. antea dicta Andreis. ib. etymon. ibid. incolae Phlegyae quam rapaces sacrilegique. ib.
- Phliuntum cur cognominent Bacchum. 700.
- Phlius vocata fuit Axantia. 97. et 98. aliis Arantia, Phlius, Araethyraea et Phliasia est eadem urbs vel regio. 97. urbs Peloponnesi. 700. antea dicta Araethyraea et Arantea. ibid. Oppidani Phliasii, Phliuntii, Phliusii. ibid. quorum Princeps Leo

- quicum disseruerit. ibid. inde oriundus Timo Sillorum scriptor. ibid. et Axiota. ibid.
- Phlyeis seu Phlyenses** populus Cetropidis tribus. 700. patria Euriplidis. ib.
- Phlygonium** urbs Phocidis. 700. quam an Xerxis exercitus delevit. 700.
- Phocaea** urbs Ioniae in Lydia sita, una e XII. in Panionio congregatis. 707. eius duo portus quinam. ibid. quomodo hodie appelletur. ibid. cives dicti
- Phocaënses vel Phocaeenses.** ibidem.
- Phocaënses seu Phocaeenses** cum Phocensibus plerumque a scriptoribus confundi. 447.
- Phocica** in Anticyra nasci medicamentum sesami simile, quo Oetaeum elleborum apparatur. 86. dictum urbanum, i. e. optimum. ibid.
- Phocis** Graeciae regio circa Parnassum. 707. quibus rebus celebris. ibid. Phocicum bellum unde exarserit. 707. paroemia. 707.
- Phoebia** oppidulum Sicyniorum. 700.
- Phoenices** in plurimis maris mediterranei oris oppida condidisse commercii causa. 70. ex superfluo sibi argento Hispaniae conflasse anchoras. 319.
- Phoenice vel Phoenicia** regio Asiae. 701. comprehensa aliis sub Syria, aliis sub Chanaan. ibidem. an sacris literis nota. ibid. an sit Chna. ibid. Phoenicum colonos fuisse Poenos, i. e. Africanos seu Carthaginenses. ib. etymon diversarum linguarum controversum. ibidem. origo. ibid. inventio artis nauticae et bellicae et astronomiae literarumque. ibid. exercitium mercaturae. ibid. navigatio secundum Cynosuram. ibidem. Phoenicias literas usurpari a Samaritanis. ib. civitates praecipuae quaenam. ib. antea alia regionis nomina fuisse Rabbothin et Colpitin. 701.
- Phoeniciae linguae literae ubi repertae in columnis. 701.
- Phoenicium** linguam fuisse Hebrewae velut Dialectum quendam. 26.
- Phoenicus** nomen montis. 515.
- Phoenicus** urbs Cretae. 701. aliis Phoenicus portus. ibid. ubi situs. ib. an sic etiam dicatur insula Lyciae. 701.
- Phoenicusa** una insularum Aeoli. 235.
- Pholegandrus** insula Sporadum. 702. Arato Sideria dicta. ibid. etymon an Punice tradendum. ibidem.
- Pholoë** urbs Arcadiae. 702. an etiam montis nomen. ibid. unde dicuntur Pholoëtica monstra. ibidem.
- Phoetiae** urbs Acarnaniae. 702. aliis Φοίτειαι potius Aetoliae urbs. ib. aliis Φοίτεων vel Φοίτιον. 702. an Φύταιον sit eadem urbs. ib.
- Phraaspa** Mediae urbs. 703.
- Phrada** urbs in Drangis. 703. unde dicatur Prophthasia. ib.
- Phrangos** esse Gallos. 703. cur dicantur gens Italiae prope Alpes. ib.

- Phrearrhi populus Athenis Leon-tidis tribus. 703. patria Neolis. ibidem.  
 Phricium mons supra Thermopy-las. 704. Phriconida autem vo-cari Larissam. 704.  
 Phrixia urbs Tryphaliae. 704.  
 Phrixi et Iasonis sub involucro de-aureo vellere quidnam propon-natur. 405.  
 Phrixum Poëtis fuisse vectum arie-te aurei velleris. 405. qui re-latus inter coeli sidera. ib.  
 Phrurentami. Vide Ferentinus.  
 Phrygia alia maior, alia minor. 704. utraque iam sub Turca. ibid. utriusque incolae an dicti Phryges et Mysi. 704. an ex Europa in Asiam transierint. 704.  
 Phrygiam esse locum Oetae, qui dicitur Pyra. 705. Phrygia etiam appellari locum inter Boeotiam et Atticam. 705.  
 Phrygius et Hypophrygius modi Musici. 250.  
 Phrynes meretricis divitiae quan-tae. 305. quam criminalis cul-pae ream quomodo orator Hyperides liberaverit a supplicio. ibidem.  
 Phtherophagi gens prope Iberiam orientalem. 696.  
 Phthia urbs et pars Thessaliae. 696. utrum Agamemnonis, an Achil-lis fuerit patria. ib.  
 Phthii dicuntur qui sub Achille, Protesilao et Philocteta iverunt ad Troiam in Graecorum aux-lium. 66.  
 Phthiotis et Achaia sunt eadem re-gio. 66.  
 Phthir vel Phthira mons Cariae. 696.  
*Stephanus Vol. IV. Appendix.*
- Phycus, urbs Libyaæ, iuxta Tae-narum Peloponnesi. 705. un-recte appelletur aliis πόλις, aliis πολύγνων, aliis χωρόν. ibid.  
 Phycussas esse insulas Libyaæ. 705. an rectius nominentur Φυκοῦσαι quam Φωκοῦσαι. ib.  
 Phylace urbs Thessaliae 705. unde Phylacides dicitur Proteſilaus ab Hectore occisus. ibid. an ea urbs locari queat in Molosside. ibidem.  
 Phylarchum dici tribus praefectum. 536. Phylarchos etiam vocari Arabum regulos. 536.  
 Phyle populus Oeneidis tribus. 705. oppidum hoc valde munitum quantum distet Athenis. ibid.  
 Phyllis regio Thraciae. 706.  
 Phyllus urbs in Thessalia. 706. dicta pecórosa. ibid. ubi Apollinis Phyllaei templum. ib.  
 Physcia urbs Lyciae. 706.  
 Physcus urbs Locridis. 706. alia Cariae. 706. an sit aliorum Py-sius. ibid. Physcum etiam esse portum Rhodi. 706. Physcas, Physcam vel Physcum etiam esse urbem Macedoniae. 707.  
 Phyteum urbs Elidis. 707. alias Φύτια dicta. ibid.  
 Pialia urbs Thessalica sub Cerce-tio monte an sit eadem quae Pieria. 549.  
 Πλάστας populi ad Pontum. 549.  
 Πλάστα vero populi Macedoni-ci. ibid.  
 Piceni sunt Picentini. 15. quorum regio vulgo Italica est la Marca d' Ancona. ib.  
 Picenorum seu Picentinorum regio quomodo iam nominetur. 550.  
 Picentia urbs Tyrrheniae. 550. a

- qua denominatur Picentina re- **Pirassia** urbs Magnesiae an et cur  
gio. ib. et oppidani Picentes et sit Asterium Thessaliae. 538.  
**Picentini.** 550. etymon. ib. an **Pisam** dici tam urbem et fontem  
sint iidem qui Piciantes Italiae Olympiae, quam regionem ubi  
populi. 550. Iovis templum et Olympiacus  
**Pieria** urbs in Pieria regione. 549. agon celebrabatur. 551. ruinam  
sita in Macedonia. ib. eius Pe- sibi urbs unde conflagrit. ib. an  
tra. ibid. nemis seu sylva. ibid. eadem considerit Pisas in Italia.  
Pieriam etiam esse nomen mon- ibidem.  
tis in Thracia. ibid.  
**Pierus** vel **Pirus** nomen amnis. 732. **Pisaum** vel potius Pisaeum oppi-  
an sit Melas fluvius magnus. ib. dum Pelagoniae in Maeodonia. 551.  
**Pilorus** circa montem Athon urbs. **Pisander** qualem scripserit Iliadem.  
550. an sit Herodoti Pidorus. 418.  
ibid.  
**Pimolisa** castellum Ponticae praefectureiae. 550. situs. ibid.  
**Pimolisenam** regionem dici εὐδαίμονα. 550. **Pistirum** emporium Thraciae. 551.  
**Pinara** una urbium Lyciae maximarum. 551. eius mons Cratus cur dicatur Ciliciae. ibidem.  
Pinara Lyciis dici rotunda. ib.  
**Pindari** Odas Angelum Politianum praetulisse Psalterio Davidis. cuius lacum an iumenta Xerxis  
398. idem qui responderit de militaria inter aquandum exciscarint. ibid.  
**Pindenissus** vel Petnelissus urbs Pisidiae. 538. an annumerari possit Pamphyliae aut Ciliciae. ib.  
**Pindum** a nonnullis vocari Acyphantem. 56.  
**Pindus** nomen fluvii. 837.  
**Piraeus** vel **Piraceus** portus unus Atticae. 538. a quo non longe Themistoclis sepulcrum, cuius ossa illuc transportata. ibidem.  
Pyraeetus etiam populus Hippothoontidis tribus. 538. hoc opidum quis primus fecerit navale. ib. Corinthiae quoque regionis portus. 538. **Pithecusam** insulam appellatam fuisse Inarimen. 107.  
**Pithecus**, vel **Pithecurae**, arum, nomen urbis ac insulae circa Tyrrhemiam. 549. vel securus Neapolin. ibid. an sit diversa insula ab Aenaria et Inarime. ibidem.  
**Pithos** populus Cecropidis tribus. 550. popularis Pitheus et Pittis. ib.  
**Pitye** urbs Cariae. 55. Vide **Pisye**.

- Pityea urbe inter Parium et Priam. 552.
- Pityodes insula una cum Chalcide. 714. aliis Pityusa. ibid.
- Pityssae nomen diversarum insularum, quarum duae celebriores ante Hispaniam sitae. 552. ex quibus una dicta Ebusus, altera vero Ophiusa, ibid. an Ophiusa etiam dicta Salamis insula clara Aeacidis et Graecorum victoria adversus Xerxem. ibidem.
- Place vel Pæcia urbs Hellesponti. 553. afferit colonia Pelasgorum. ib.
- Placentia Ligurum urbs Episcopalis sub Parmensi Italiae ducatu. 553. agri feraces frumenti, vini et olei. ib. ferri. fodinae. ibid. pascua optima. ib. casei delicati, dicti Placentini. ib. etymon. ib. unde oriundi Gregorius X. Papa et Georgius Valla. ibidem. ad hanc Romanorum coloniam quanta clade vinctus sit Imp. Aurelian. ibid. quomodo et unde ibi conficiatur sal candissimus. ibid.
- Plaeraque Graecis vocibus lepide prolati amittere leporem conversa in linguam Latinam. 126. Vide Leporem.
- Plaraei vel Plarii gens Epiri. 553. situs. ib.
- Platanus flumen Boeotorum extremum. 58.
- Platanus urbs Phoeniciae. 554.
- Platea, ae, vel Plataeae, arum, urbe Boeotiae. 553. situs. ibid. inclita Pausania victore Persorum 300000. ib. cur a Xerxe inoens. ib. Plataeam etiam esse
- insulam ante Libyam. 554. alias dicta Platea seu Platea. 554.
- Plato Philosophus errore quodam vocatur Comicus ab Erasmo. 45. illius liber de fortitudine laudatur ab Harpocratone. ibid. illius liber de animae immortalitate lectus quantum obfuerit Cleombroto. 73. illius insula Atlantis plerisque est hodierna America. 135. ex qua tribu, seu populo fuerit. 722.
- Plemyrium nomen insulae Syracusarum, dictae vulgo Isola di San Martiano. 555. et promontorii, hodie nominati Massa d' Olivero. ib. ubi olim castellum. ib. etymon. ib. an etiam fluvius huius nominis. ib.
- Pleuron urbs Aetoliae vetus et nova. 554. aliis dicta Meleagria. ibid. oppidanis a Sulpitio Gallo conceditur seiungi ab Achaeorum concilio. ibid.
- Pleuron et Calydon olim erant πρόσχημα in Aetolia. 47.
- Plinius errat inquiens, insulam Pithecusam dictam Latinis Aenariam, ab Homero vocari Inarimen. 107. vocat oppida quae Scylax muros. 598. emendatur. 36. 122. 281. 348. 867. 890. 393. 448. 516.
- Plinthe urbs Aegypti. 555. situs. ib. hodie Italis dicta Torre de gl' Arabi. ibid. a qua sinus Plinthinetes denominatur. ibid. etymologia. ib.
- Plinthinæ et Lebena esse aequivalentia. 555.
- Plistarchia urbs Cariae. 554.
- Plotia populus Aegeidis tribus.

555. Periphanes Plothenius an sit legendum in Plauto. ibid.
- Plurimas artes casu quodam reper tas fuisse. 320.
- Plurimis oppidorum nominibus scriptores utuntur utroque numero. 16.
- Plutarchi libellus de defectu oraculorum qualis. 593.
- Plutarchi erratum emendatur. 606.
- Plutarchus an sit corrigendus ex Stephano, 528.
- Pluviarum causam quam historia sacra tribuit precibus Eliae Prophetae, Menander assignat Ithobali Tyriorum Regis supplicationibus. 261.
- Pnyx locus iudicii apud quos. 555. eius etymon. 556.
- Podalia urbs Lydiae, vel potius Lyiae, prope Linyra. 556.
- Poeeessa una ex IV. in Co insula urbis. 356.
- Poeeessa urbs in Ceo insula. 556. cuius prope rudera fuit Nedusiae Minervae fanum. ibidem.
- Poesssa autem unum nomen Rhodi. 577.
- Poeeessam fuisse translatam in Carthaeam, Corissiam vero in Iulidem. 356.
- Poemandria ubi sumatur Adiective, 633.
- Pomanum locus Cyzici. 556. incolae Poemaneni. ib.
- Poemen an sit Ponticae seu Pontimons, a quo defluxerit Parthenius annis. 556.
- Poena facit homines tardiores ad profitendum arcana cordis, cum eam ne dubitatio quidem effugere potest. 6.
- Poëtarum tanta est vis et potestas,
- ut eos etiam qui nunquam extiterunt, celebres reddant. 180.
- Poëtarum est accipere cuiuscunque celebris civitatis cives protius regionis incolis. 169. atque suo quodam iure regiones confundere. 295.
- Poëtas furore quodam percitos velut Prophetas futura quoque nescientes canere. 319.
- Poëtas Graecos eadem licentia quare breves syllabas producent, longas corripere. 360.
- Pola urbs Illyriae. 556. opus Colchorum. ib. postea dicta Pietas Iulia. ibid. unde denominantur Sinus Polaticus et promontorium Poleaticum. ibid.
- Pola, olim Pietas Iulia, civitas Istriae. 338.
- Polemonis Iliensis opus de urbibus Laonicis non exstat. 39.
- Polemonium vel urbs et portus in Ponto. 557. unde denominatur Pontus Polemoniacus. ibid. vel urbs Cappadociae. ib.
- Polichna urbs una Troadiæ. 558. situs. ib. cives Polichnaei. ibid. alia Cretæ, cuius cives Polichnitæ. 558.
- Polium urbs Italiae. 557. dicta aliis Heraclea vel Heracleum. ibid. aliis Siria. ibid. etymon. ibidem.
- Polis an sit nomen urbis Aegyptiae proprium. 557. an hinc denominetur Iupiter Polieus. 557.
- Politorium urbs Latinorum. 557. excidium unde. ibid.
- Pollentium vel Pollentus, Polentia vel Pollentia an sit urbs iuxta Alpes. 558. vel in Lombardia Cispadana. ib. iuxta quam Stil-

- lico vincitur ab Alarico. ibid. Pontus fluvius quales lapides de-  
dictam nunc Polenza. ibidem.  
cuius vellera quo colore tincta. ibid. unde denominantur Pol-  
lentini calices. ib. etymon. ib.  
Pollux corrigitur ex Herodoto.  
374.  
Polybii iudicium de miraculis au-  
torum fabulosis, quatenus vel  
approbanda vel improbanda.  
154. eiusdem mentem non re-  
cte percepisse Latinum inter-  
pretem. 448.  
Polybitis emendatur. 154.  
Polydora seu Polydori insula in  
Propontide ante Cyzicum. 558.  
Polyren seu potius Polyrrhena vel  
Polyrrhenium urbs Cretae. 558.  
etymon, cives Polyrrhenii. ibid.  
Pompeianae duces fuisse iuxta Iler-  
dam devictos. 325.  
Pompeiaopolis urbs Paphlagoniae.  
558: aliis Pompeiopolis, 558.  
olim dicta Eupatoria. ibidem.  
etymon. ibid.  
Poneropolis urbs in Thraciae. 559.  
postea dicta aliis cur Philippo-  
polis. ib. aliis Trimontium. ibid.  
aliis Adrianopolis. ib.  
Pontus ἄξιλλας notare mare. 559.  
ἴδητος κατ' ἔξοχην Pontum Eu-  
xinum. ibidem. in eum quot  
amnes influant. ib. cur aliquan-  
do congelationem patiatur. ib.  
eius mater quae. ib. etymon.  
ib. cur antea dictus fuerit Axe-  
nus. ib. Pontum autem Pole-  
moniacum esse praefecturam in  
Cappadocia. 559. redactam a  
Nerone in provinciae formam.  
ib. Pontum eliam esse nomen  
regionis. 559.
- Poplonium vel Populonia, ae, urbs  
Etruscorum. 559. navale nunc  
dictum Porto Barato. ibid. in  
urbe illa fuisse Iovis simulacrum  
ex una vite, ibid. iuxta illius  
litora Gensericum esse victimum a  
Basilio. ib. a quo urba tota de-  
leta. ib. Incolae cur vocati tam  
Populonienses quam Populonii.  
500. et quanta Scipioni promi-  
serint. ib.  
Pordo selene insulae urbisque not-  
men. 560. situs. ib. cur aliis  
dicatur Poroselene. ib.  
Porphyreon urbs Phoeniciae. 560.  
Porphyrite urbs Arabiae iuxta Aet-  
gyptum. 560. Porphyritus au-  
tem nomen montis. ib.  
Porphyrius cur dicatur Tyrius se-  
nex. 672.  
Porta Capena unde nomen acce-  
perit. 353.  
Porum Gedrosiae Regem fuisse  
victum ab Alexandro Magno.  
202. cuius Regni caput memo-  
ratur fuisse Çambala seu rectius  
Cojamba. ibid. cuius Gedrosiae  
incolae vocantur Gedrosi, vel  
Gedrosii gens Indica. ib. et 202.  
ἀναλογικάτεροι vero Gedrosiani.  
202.  
Posidium, i. e. Neptunium esse ur-  
ben inter Ciliciam et Syriam.  
560.  
Posidonia urbs Italiae. 560. situs.  
ib. Latinis Paestum. ib. unde  
denominantur rosae Paestanae.  
ibid. et sinus Posidoniates seu  
Paestanus, nunc vulgo Golfo di  
Agropoli. ib. Paestani an fue-  
runt Romanorum coloni. ibid.

- Potamogallenos dictos fuisse circumaccolentes fluvium Gallum. 199.
- Potidaea an sit Casandria. 561. urbs Thraciae vel Macedoniae prope Thraciam. ibid. vel sita in isthmo Pallenes. ib.
- Potniae urbs Boeotiae. 561. vel secundum alios Magnesiae. 561. unde denominantur equas Potniades. ibid. a quibus secundum Poëtas cur Glaucus discriptus. ibid.
- Prasspa, orum, urbs Atropateneae in Mediae regione. 561. quam regiam incassum Antonius ob-sedit. ib.
- Pracie et Praces nomen gentis. 562. etymon. ibid. a Praoe an conditum Achillis templum. ib.
- Praecadmitae quale sit sectae genus. 109.
- Praelium ad Aegospotamos. 36.
- Praeneste, Praenestis, Praenestus urbs Italiae, nunc vulgo Palestrino Italica dicta, olim autem cur Polystephanos vocata. 561. situs mutatus. ib. etymon. ibid. conditores. ibid. domini quibus parent. ibid. Praenestini quid ab Imp. Tiberio petierint. ib. Praenestinam fuisse Aelianum de varia historia animalibusque scribentem. 562. Praenesten cur Bonifacius VIII. Pontifex everterit. ibid. instaurata revertitur. ib. eversa restituitur aliquantulum. ib. unde denominantur sortes Praenestinae Fortunae. ibid. Praenesta cur Romani Imperatores olim secesserint. ib.
- Praesus urbs Cretae. 562. an Pa-
- raesus et Praesus sint urbes Cretae diversae ab hac. ib. oppidani Praesi. ibid.
- Praetetia regio Italiae incipiens ab Adria. 562. aliis dicta Praetutiana. ibid. unde denominatur Praetetia pubes. ib. Praetutii an recte dicantur Praegustii. ib.
- Pras, antis, nomen urbis Perrhaebiae. 562.
- Prasiae populus Athenis Pandionidis tribus. 562. Prasia autem Laconicum oppidulum. 562.
- Prasii qualis gens Indica. 562. aliis cur dioti Palibothri. ibid.
- Prasum autem promontorium ubi situm. ib. et 563. an dictum hodie Mosambique. 562.
- Praxidica Nympha Ogygia. 383. nubens Tremilo. ib.
- Presbyter Ioannes Aethiopiae Rex iuxta Axumiten habitat sub tentoriis. 89.
- Pretanice insula Epiro aemula, alias Britannia. 563. Epirus quid Graecis dicatur. ib.
- Priaesus urbs Cretae. 563. Vide Praesus.
- Priamus pater Helleni, cuius Heleni filius Cestrinus. 350.
- Priapus urbs Hellespontiae. 563. aliis dicta Priapus Hellespontiacus. ib. clara transitu Alexandri M. ibid. οὐρανοῦ λόγος. ib. portus. ibidem.
- Priene urbs Cariae. 357. hodie Palatio. ib. Biantis patria. ib.
- Priene urbs Ioniae. 563. inter quam et Miletum in mare evolvitur Maeander. ib. aliis dicta Cadme. 563. patria Biantis. ib.
- Prinassus urbs Cariae. 563.

- Prion, i. e. serra nomen montis in insula Co seu Coa. 497.
- Privernus vel Privernum Italiae urbs. 563. cives Prvernates. ib. quorum antiqua urbs excisa, nova dicitur vulgo Piperno. 564. licet non sit structa in loco prioris. ibid. Prvernatum legatorum responsum olim datum Romanis. ib.
- Proarna Meliensium urbs. 564. aliis Ηρόες inter Thessaliae oppida. ib.
- Probalinthus populus Pandionidis tribus. 564.
- Proconesus una Sporadum insularum. 564. quae vetus et nova. ib. fodina lapidis candidi. ibid. an sit eadem quae Elaphonne. sus. ib.
- Procyte insula ante Siciliam. 565. vel ante Mysenum. ib. qui erat mons Campaniae. ibid. situs. ib. etymon. 566. Procida Ital. nunc dicta. ibid.
- Prodigia Livius amat plus quam reliqui Historici omnes. 60.
- Prodigium Livii de lacu Albano in nemore Albano sine ullis caelestibus aquis crescente in altitudinem insolitam. 60. ubi commemoratur palus Albanis, mons Albanus.
- Proditores Hispaniae famosissimi olim, Vellidus Athaulphus, Oppas Hispalensis praesul, Iulianus Comes. 180.
- Promontoria gemina ubi intelligenda per duas fenestras. 215.
- Pronomia quid fuerint. 467.
- Propontis unde denominetur. 559.
- Propontis mare ante Pontum Euxinum. 564. cui per Gimme- rium Bosporum palus Maeotis immergebatur. ib. Propontidem etiam dici terram Byzantiorum. 564.
- Propontide, duobus pontibus continentali adiuncta, quae eiusdem nominis urbem habebat ad ipsos pontes. ibid. Bessicus vero erat antea continens Bithyniae annexa. ib.
- Proseleni seu Antelunata cur dicantur Arcades. 564. Lunulas in calceis cur prisci Romani ge starint. ib.
- Prosopis an sit urbs Aegypti. 565.
- Prosopitin autem esse Aegypti insulam. ib. Hinc dicitur Prosopites Nomos. ib.
- Prospalta populus Acamantidis tribus. 565. incolae Prospaltii arguuntur tamquam litigiosi. ib.
- Prostropaea urbs Siciliae. 565. an sit Tropia. ib. situs. ib.
- Prosymna pars quadam Argiae. 565. an ibi Iunonis templum. ib. unde denominata Geres. Prosymna. ibid.
- Prota insula Bospori Thracii. 714. Graecis hodie dicta Prote. ib. quae erat insula Ionii maris. ib. nautis dicta Pruodo. ib.
- Protogoras Abderita. 6. cum Athenienses urbe. et agro exterminarunt. ib. eiusque libros combusserunt, quod de existentia deorum in eis dubitaverat. ib. discipulos docebat de quacumque re in utramque partem disserere. 6.
- Prote insula non longe ab Sphaeteria et Pylo. 566. quae fuit urbs Messeniac sub Aegaleo monte. ib. Sphaeteria et Spha-

- gia an fuerit una eademque insula. ib. 727.
- Proxenus** utrum scripscerit de Siculis itineribus, an potius de urbibus. 202.
- Proverbium** de LX. viris. 237.
- Prudentiae** quoddam genus esse cum insanientibus insanire. 663.
- Prusae** duas urbes. Bithynias dictae, una ad Hypium amnem. 565. altera ad Olympum montem. ibid. prior ante dicta Cius. ib. postea eversa. ib. et instaurata. ib. posterior a quo condita. 565. ab Asclepiade medico condecorata. ibid. Dionem Chrysostomum fuisse Prusaeum. ibid. Prusias quis fuerit. ibid. 565.
- Prymnesia** urbs Cariae. 566. vel Phrygiae magnae. ib.
- Psammathus** Ionibus Caribusque loca quaedam habitanda data prope modum ad mare supra urbem Bubastin ad Nili ostium dictum Pelusium. 358. quos Amasis postea Memphin transluit in sui custodiam adversus Aegyptios. ibid. ea loca fuisse vocata σπάτονεδα seu castra. ib. fuit et urbs Laconica. 726. alii Psammathus portus. ibid. alii Amathus. ib.
- Psammetichus** Aegypti Rex Azotum per xxix. annos obsecram capit. 27.
- Psessi** gens Taurineae. 726. prope Maeatim paludem. ib. Psessii an sint Sempsii. ibid.
- Peilis** Bithyniae fluvius. 727.
- Peilium** fluvius Bithyniae. 128.
- Psilius** amnis inter Thyniam et Bithyniam. 727.
- Pittachermis** vicus Aegypti. 727.
- Psophis** urbs Arcadiae. 729. Erymanthus cur prius dicta. ibid. deinde Phegea. ibid. situs. ibid. alia Psophis Achiae. 729. alia Psophis Zacynthiorum arx. 729.
- Psychium** locus Cretae. 729. vel urbs in eo cognominis. ib. aliis dicta Sichino vel Prioriza. ibid.
- Psylla** inter Pontum Heracleamque oppidum. 727. seu potius urbs inter Heracliam Ponti et Tion. ib. Psyllium autem aliis est Bithyniae oppidum. ib.
- Psylli** in Cyrenaica regione habuerent contra serpentes naturalem quandam vim. 649. situs. 728. quomodo intercederint. 728. etymon. 728. a serpentibus ac feris morsi dicebantur manere innocui. 728.
- Psyllicum** sinum fuisse situm in Libyco sinu. 728.
- Psyra** insula parva prope Chium. 728. e Psyrorum nomine cur factae ac fictae paroemiae. 728.
- Psyrii** insulae Psrae incolae. 125.
- Psyttalea** insula circa Salaminem. 728. et 729. saxosa et deserta. ibid.
- Ptela** populus Oeneidis tribus. 566.
- Pteleon** urbs Ioniae, Troadis, et Achaeorum. 566. aliis unum Pteleon est Eleae, alterum Thessaliae dictum nemus. ibid.
- Pteriam** urbem Sinopae inclaruisse praelio inter Croesum et Cyrus. 566.
- Pterium** an sit urbs Medorum. 566.
- Ptolemaeum** Regem, Cleopatrae patrum cur Romani Cypro dicterint. 400.
- Ptolemaeus** ad Catonis in Cyprus

adventuri famam hausto veneno  
voluntaria morte deletur. 400.  
sine ulla culpa proscriptus. ibid.  
cuius res familiares Cato diven-  
dedit. ib.

Ptolemaeus cur dictus fuerit Soter.  
517. et an ab eo Alexander M.  
sit servatus apud Oxydracas.  
517.

Ptolemaeus Cosmographus cur di-  
catur Arabibus Elselusi et Grae-  
cis Pelusiotae. 549.

Ptolemaeus unus Cosmographus,  
alter Rex successor Alexandri  
qui eius historiam scripsit. 62.

Ptolemaeus corrigitur. 49. 103.  
107. 218. 340. 356. 422.  
444. 466. 630. 506.

Ptolemais una ex Pentapolitanae  
regionis urbibus. 401.

Ptolemais urbs Phoeniciae. 566.  
Vide Ace, et Accaronem.

Ptoum Athamantis et Themistus  
filium nomen suum cum Apol-  
line et monte Ptoeo communi-  
casse. 53.

Ptychia insula secus Corcyram nunc  
dictam Corfu. 566. Epiro adia-  
cens. ibid.

Publius Servilius unde dicatur  
Isauricus. 230.

Pudor peccandi ubi hominibus de-  
matur. 114.

Puellas Lampsacias vocari libidi-  
nosas. 416.

Purpura etsi non erat herba, sed  
cruor Tyriis conchyliis, tamen  
alibi ex herbis fiebat. 5.

Purpurae speciem in agris cole-  
bant Abaseni similem Tyriae  
purpurae seu sanguini Tyriae  
conchae. 5.

Putioli vel Puteoli urbs Etruriae.

nunc dicta Pozzuolo. ibid.  
emporium maximum. ib. ety-  
mon. ib. conditores. ibid. olim  
vocata Dicaea vel Dicaearchia.  
ibid.

Pydna urbs Macedoniae in Pieria.  
567. alias Citrum dicta. 567.  
vulgo Chitro, ib. apud hanc ur-  
bem Romanos viciisse Perseum  
Macedoniae Regem. ib.

Pygela urbs Ioniae. 567. cur Pli-  
nio dicatur Phygela. ib.

Pygmæi ubi incolant. 567. an  
cum gruibus praelientur. ibid.  
an sint Ezechielis gamadij. ib.  
apud omnes gentes hominio-  
nes quosdam pez iocum appell-  
ari pygmæos. ib. Aristotelem in  
hao de pygmæis fabula errasse.  
ibid.

Pygmæorum gens fabulosa ubi se-  
dem habuerit. Vide Gerania.

Pylæ locus vel oppidum Arcadiae.  
568. Pylæa quid fuerint. 568.

Pylum dici Nestorem a patria Py-  
lo. 568.

Pylene urbs Aetoliae. 568. trans-  
lata nominatur Proschium. 568.

Pylus urbs Messeniae una in re-  
gione Peloponnesi. 568. cur  
forsitan dicta Coryphasiū. 568.

Pylos tres fuisse in Peloponneso.  
568. eorum situs. ibid.

Pyramides Aegypti sumptuosissi-  
mas prodere stultam Regum  
ostentationem. 569. etymon.  
569. an sint granaria Iosephi.  
ibid.

Pyramus amnis in Mallo Ciliciae.  
569. antea dictus Leucosyrus.  
ib. qualiter navigabilis. ib. an  
hodie dicatur Malmistra. ib.

Pyrasus urbs Phthiae. 569. quae

- pars Thessaliae. ibid. aliis dicta  
 Demetrium. ib. Poëtis Céréris  
 nemus seu lucus. ibid. etymon.  
 ibid.  
**Pyre** e mons Europae. 570. alias  
 montes Pyrenæi. ibid. Hispanis  
 los montes Pyreneos. ibid. qui  
 a Portu Veneris extenduntur us-  
 que ad Fanum S. Sebastiani. ib.  
 cur vocetur bimaris. ib. amnes  
 ab eo praecipitantes quinam. ib:  
 etymon. ib.  
**Pyrgessa** oppidulum Italiae an sint  
 Pyrgi. 569. ubi opulentissimum  
 Lucinae templum. ibid. an sit  
 hodiernorum Civita Vieia. 570.  
**Pyrgi**, orum, Pyrgon, vel Pyrgum  
 urbs Messeniae, Tryphaliae, vel  
 Elidis cur dici possit. 570.  
**Pyrrhus** urbs Cariæ. 570.  
**Pyrrha** Lesbi oppidum fuit mari  
 haustum. 11. urbs in Lesbo  
 cum portu. 570. situs. ibidem.  
 Pyrrham etiam fuisse insulam.  
 ibid.  
**Pyrrhus** Epirotarum Rex captis per  
 vim Argis, tegula a muliebre  
 Argolide necatur. 102.  
**Pythagoras** cur primus se nomi-  
 naverit Philosophum. 299. Alio  
 Pythagora cur opus habeant  
 Hebraeorum Sapientes. ib.  
**Pythes** vel **Pythius** fueritne Bithynus  
 an Lydus. 567. eius opu-  
 lenta. ibid.  
**Pythion** Macedomiae. 567. Py-  
 thoum aliis dictum. ib. vel Py-  
 theon in Pelasgiotarum regione.  
 ibid.  
**Pytho**, us, Apollinis urbs. 568.  
 aliis dicta Pythia. ibid. vel olim  
 Parnassia Nape. ibid. post Py-  
 thou. ibid. situs. ibid. etymon.  
 ib. an sit eadem quae Delphi,  
 ubi oraculum. ibid.  
**Pythopolis** una Cariæ urbs. 567.  
 dicta postea Nyssa. ib. alia an  
 fuerit Mysiae. 567. situs. ibid.  
 conditor. ibid.  
**Pyxus** promontorium, portus et  
 flumen post Palinurum. 568.  
 Pyxis autem an sit urbs apud  
 Oenotros. ibid. Caeteroquin est  
 Pyxus, untis urbs Lucaniae, in  
 Italia. 569. Latinis Buxentum.  
 ib. etymon. ib. utrum hodie  
 dicatur Pisciota, an Policastro.  
 ibidem.

## Q.

Quantum valeat longinqua aevi  
 vetustas mutare. 47. Vide Tem-  
 pus edax rerum.

Quae solvi nequeunt, abscondi  
 expedit. 212.

Quaenam insulae repente appa-  
 ruerint. 67.

Quaestio inter Criticorum filios in  
 Iudaeum quendam Poëtam prae-  
 dicantem Martialis puerum. 20.

Quintus Calaber Poëta quid scri-  
 pserit. 612. ubi floruerit. ibid.  
 et tumulum habuerit. ib.

Quo mense celebretur festum The-  
 sei. 68.

Quod semel contigit, iterum con-  
 tingere posse. 364.

Quorum Politicorum via Hispani  
 ducantur in Mauroduliam. 364.

## R.

Rab. Arabibus dici dominus. 444.  
 Rabbinos nomine balsami non uti,  
 sed pro eo dicere aparsamon. 322.

- Radix quantae virtutis nascatur in confragosa valle Bafaas. 449.
- Ramatha, id est, excelsa derivari Regum est fidem servare. Vide Gabaonitas.
- Ramitha esse vocem corruptam Reip. literariae proletarios non curre demonstratur. 416.
- Rara est Belgicarum regionum libertas ubi sentire quae velis, et quae sentias dicere licet. 364.
- Ravenna urbs Italiae. 571. eius paludes, ibidem salubris situs. Ibid. amnes duo. ibid. olim sedes Ostrogottorum. ib. deinde Exarchatus. ib. varia eius sub Longobardis, Venetiis ac Papis fortuna. ibidem. inclarescens una victoria Gallorum contra Hispanos. ibid. gaudens Archiepiscopali sede. ibid. gloriansque alumnis Ioanne XVII. Pontifice, Aurelio, Cassiodoro aliisque. ib. an sit Thessalorum opus. ibid. Raymundus Lullius. Vide Baleares. Rechiarium Rechilae Suev. Regis filium per dolum fuisse captum. 325.
- Reges duceaque ob unius castelli expugnationem non semel Libitinae offerunt XX. millia militum. 135. Reges qui mereantur vocari, esse paucos. 673.
- Regiae Ulyssis aedes ubi olim fuerint. 388.
- Regina Candace alterno oculo damnata meruit ut Reginae succedentes gaudenter nominari Candaceae. 484.
- Regnante in Attica Cecrope, qui primus bovem sacrificavit, in Athenarum arce primum oliva oriebatur. 55.
- Regula certa cur dari nequeat, Utrum nomina finita in *oī* in obliquis declinari debeant per o, an per o. 169.
- Religio nulla sine immortalitatis animarum fide diu durare potest. 140. quippe qua sine friget pietas et charitas, nec Iustitia colitur, nisi inter optimos viros. ibid. praeposterus tamen illius zelus improbat, moderatus et prudens approbat. ibid. endemus possit ad officium ducere, quos ratio non potest. 466.
- Religio Christiana sua adolescens fuit adeo robusta, ut omnia Religionum membra sustulerit. 69.
- Religionis sub praetextu vel crudelia et nefanda persuaderi sacrificia possunt. & necnon sacrificia daemoniorum. ibid.
- Religionis Ethnicæ præcipua fundamenta. 2. conflata ex libris Sibyllinis atque oraculis. ib. fulnea. ibid.
- Religionem Sabaeorum in Orientis regionibus ante Abrahamum et Mosen floruisse. 579. in qua Abraham ipso fuerat educatus. ibidem.
- Res antiquas esse antiquorum scriptorum auctoritate probandas, non propria, quamvis Samii sensis sit. 602.
- Res factas Hispani unde fortean vocent Pataratas. 585.
- Res humana sapientibus videri dissonas ridiculasque, dum apud unam gentem tribuitur laudie et

- Rhonori, quod apud aliam vertitur vitio ac ignominiae. 209.
- Rhabatamana seu Rhabbatamma-  
na metropolis Ammonitarum.  
571. situs. ib. significatio. ibid.  
cuius gigantis ibi leotus ferreus.  
ibid. alias dicta Ammana vel  
Astarte vel Philadelphia. ibid.
- An sit Iosephi Rhabata. ib. an  
condita a filio Lothi. ibid. in  
cuius obsidio quis nominatum  
aperierit. ib.
- Rhabathamona vel potius Rhabat-  
moba urba Arabiae Petraeae.  
571. nunc Areopoli. ib. quid  
significet. ibid.
- Rhacotis an sit Alexandria. 572.
- Rhadanusia urbs Massiliae. 572.  
an sit Rhadanusia. ibidem. aut  
Lugdunum. 572.
- Rhaeti Tyrrhenica gens. 572. un-  
de eius nomen. ibid. nunc vulgo  
dicti Grisones. ib. regio Rhaetia  
divisa in Superiorem et In-  
feriorem. ib. eos a Gallis pul-  
los occupasse. Alpes Rhaeticas,  
dictas Italos Monte Braulio. ibid.  
unde denominantur Rhaeticae  
vites et Rhaetica vina, quius  
olim Augustus delectabatur. ib.  
gens bellicosa et fastuosa in  
terra sterili et montibus horrida.  
ibidem.
- Rhaga urbs in Media. 572. aquo  
condita. ibid. an sit Europus,  
quae Parthia est Arsace. ibid.  
gentile an sit Rhagenus. 572.  
Quaere Arsacia.
- Rhamantes quid sit Philoni. 416.
- Rhamnus, untis populus Aeantidis  
tribus. 573. ubi Nemesis Rha-  
mnusiae simulacrum. ib. situs.  
ibid. etymon. ib.
- Rhaphana vel Rhaphaneae urbs  
Syriae. 573. situs. ib.
- Rhaphea vel Raphia urbs Syriae  
vel Iudeae. 573. situs. ib.
- Rhaptæ, orum esse emporium Aza-  
niae. 573. Azaniam vero et Bar-  
bariam esse collimitatas regio-  
nes. ib.
- Rhaptæ an sint duas metropoles.  
573. una Aethiopiae, altera  
Barbariae. ib. situs. ib.
- Rhaptum esse nomen fluvii. 573.  
et promontorii. ibidem.
- Rharium campus in Eleusine. 573.  
unde denominatur Rharias Ce-  
res. ib. st Rharia terra. ibid.
- Rhaucus in Cretæ mediterraneis  
urbs. 573. cives Rhaucii. ib.
- Rheate; Rheatos vel Rheatium  
urbs Italiae Sabinorum antiqua.  
574. iam ditionis Pontificalis.  
ib. unde denominantur Rheati-  
ni muli. ib. et Rheatina palus.  
ibid.
- Rhebas, Rhebus, Rhebaeus, Rhe-  
banus fluvius Bithyniae defluens  
ex Mysiae Olymbo in Pontum.  
574.
- Rhecemus rex quando et ubi regna-  
rit. 546.
- Rhegillus urbs Sabinorum. 575.  
ex qua oriunda Claudia gens  
Romanorum patritia. ib. Regil-  
lum etiam esse nomen lacus,  
ad quem victus Tarquinius Su-  
perbus. ibid.
- Rhegium urbs Graeca. 574. Chal-  
cidensium opus. ib. ulterioris  
Calabriae caput in Regno Nea-  
litano. ib. nunc dicta Reggio.  
ib. situs. ib. sedes Archiepisco-  
palis. ib. etymon. ib. a quo vo-

- cata Phoebia. ib. et a quo non minata Rhegium Iulium. ib. Rhegma urbs mercatrix, 575. situs. ib. gens Rhamanitarum et Rhamnos an sit una eademque. ib. Rhemuria utrum sit urbs Italica, an vero potius locus in summo Aventino. 574. etymologia. ib. Rhene, Rhenus et Rhenaea insula prope Delum parva. 575. in hac cur sua Delii habuerint se pulcra. ib. Polycrates cur eam ad Delum catena religaret. ib. eam aliquando vocatam fuisse Celadussam et Artemiten. ibid. Hinc Rhenaeus. ib.
- Rheni gentes iuxta Rhenum incolentes. 575.
- Rhesina urbs circa fluvium Aborum. 574. cuius nomen quomodo ex Hebraeo Chabor formetur. ib. qui fluvius ubinam terrarum reperiatur. ib. an esse possit urbs eiusdem nominis. ib. an urbs alia Rhesena sit in Mesopotamia. ibid.
- Rhianus Poëta. 93. eius versiculus corrigitur. 118. 453.
- Rhinocurura urbs Aegypti. 575. aliis Rhinocolura Phoeniae urbs ad Aegyptum. 576.
- Rhion urbs una Messeniae vel Achiae. 576. altera Aetolie, dicta aliis Molycria. 576. Rhium et Antirrhium quomodo differant. 576.
- Rhipe Arcadica urbs iam deserta. 576.
- Rhithymna vel Rhitymnia urbs Cretae. 575.
- Rhizanam esse Dalmatiae urbem, Rhizigium urbem maritimam, Rhizona autem fluvium. 178.
- Rhizinium, Rhizon, Rhizinum nomen urbis Illyriae vel Dalmatiae. 575. neconon amnis nomen; ibidem.
- Rhizona urbem aliis appellari vel Rhizinium, vel Risinum. 178; ubi etiam legas de Rhizonicis sinu.
- Rhodanusia urbs in Massilia. 576. Vide Rhadanusia.
- Rhode urbs Iberiae in Catalonia. 576. Hispanis dicta Roses. ib. aliis Rhoda, Rhodope vel Rhodopolis. ibid. an a Rhodiis condita. ibid.
- Rhodae vel Rhodiae, Rudiae, urbs Calabriae in Italia. 576. unde Ennius Epicus oriundus dicitur Rudius. ib.
- Rhodia urbs Lyciae. 577. aliis Rhodiopolis. ib.
- Rhodontia regio prope Oeten. 577. vel unum e cacuminibus tribus montis Oetae. ib.
- Rhodus insula. 577. situs. ibid. urbes. ibid. potentia nautica. ibid. caeli serenitas. ib. cuius incolae Colossenses cur dicti Rhodii. ib. ubi condiderint Parthenopen, et Rhodam. ib. Hispanos quid docuerint. ibid. an primi nummos ex aere percusso in Hispaniam invexerint. ib. an centum colosso fabricarint quorum unus inter miracula Mundi numeratur. ibid. varia nomina. 577.
- Rhoeteum esse nomen Troadis urbis. 577. et promontorii. ibid. in quo creditur sepultus Ajax Telamonius. ibid. unde denominarunt Rhoeteas oras. ib.

- Rhoerus an sit navale Ciliciae ad ostia Sari fluvii. 577.
- Rhoerus nomen amnis defluentis per Tauri convales in mare. 577.
- Rhogane urbs in India. 578.
- Rhege insula ad Lyciam. 578.
- Rhondaei an fuerint Thraciae populi cognati Gondris Thraciae. 578.
- Rhesicus scopulus unde dictus est ubi situs. 579. an sit hodiernorum Gantir. ib.
- Rhosus vel Rhossus urbs Ciliciae ad sinum Issicum. 579.
- Rhyndacus nomen amnis in Phrygia. 578. ante dictus Lycus. ib. an sit etiam nomen urbis inter Phrygiam et Hellespontum. ib.
- Rhypae vel Rhypes urbs Achaica. 578.
- Ridiculos esse qui Etymologiam nominis Graeci a lingua Phoenicia petunt, ut Charma a Cherem Hebraeo, quod sonat Anathema. 111. cum similes Etymologiae dignae sint quae sub Cherem i. e. Anathemate ex Rep. literaria decreto Synedrii doctorum expellantur. ibid.
- Riphaea mons Hyperboreorum. 576. aliis dicti montes Riphæi. ib. qui an sint montes fabulosi. ibid.
- Robur seu fortitudo quomodo datur Phoenicibus. 164.
- Roma, i. e. Valentia urbs Italie celeberrima. 578. conditor an certo sciatur. ibid. an habuerit unum nomen arcanum a Valerio Sorano publice enunciatum. ib. quantum eius olim imperium per Africam, Asiam et Euro-
- pam politicum. ibid. hodie autem quanto floreat Regimine Ecclesiastico. ib.
- Romani cum Deos adorabant, dextrorum se vertebant. 9. quantum ipsis debeat, quod sustulerint Religionum monstra, in quibus hominem occidere erat religiosissimum, mandi vero saluberrimum. 37. ingentem olim auri argentique vim ex Hispania asportarunt. 319. arbores in triumpho duxerunt. 322. quomodo animadverterint in Campanos qui ad Annibalem desciverant. 355. Religionis causa nulli genti bellum intulerunt, neque curarunt, quos Deos gentes sibi subditae colebant. 486. et lapidem Pessinunte, et serpentem Epidauro inter Deos receperunt. 545. cum vellet Veios transmigrare relicta Roma, Camillus obstitit. 593. eorum exercitum ubi deleverint Galli. ibid.
- Romulum de Caeninensibus primum egisse triumphum. 344. ac eorum regis opima spolia Iovi Feretrio dedicasse. ibid.
- Romus, i. e. Romulus fuit vel Aeneae filius, vel ex filia nepos. 21. condens Capuam. ibid.
- Romylia seu Romulea Samnitium in Italia urbe. 579. an sit hodiernum Episcopale oppidum Bisaccia in edito Apennini montis colle. ibid.
- Roseanos equos dici a Rosea campo. 574.
- Rubenitae ab Agarenis abegerunt 50000. camelorum, et 250000. ovium. 16.

- Rubico** fluvius, iacta Iulii Caesaris alea celebris fluit inter Ariminum et Ravennam. 108.
- Rudericus** Hispaniarum Rex, qui Comitis Iuliani filiam Cavam vivitiaverat, per proditionem in praelio caeditur ad Caesariatum. 130. et ad Zamoram Rex Sanctius a Vellido necatur. ibidem.
- Ruinis** alterius altera urbs nonnunquam crescit. 391.
- Rutam** comedentes ante sumum ex aedibus egressum nihil mali patiuntur ex cicutae potionē. 52. Vide *Acone* urbs.
- Ryndacus** fluvius Bithyniae. 224.
- S.**
- Saba**, **Sabae**, **Sabo**, **Sabatha** et **Sabotha** urbs magna prope mare rubrum. 579. **Zabaeorum** seu **Zabaeorum Arabicorum** thura. ibid. etymon. ibid. superstitio Religioni Mosaicae e diametro opposita. 579. illos ex planetis fecisse Deos. ibid. et thuribus propitiasse Deos, antequam hostiae cruentae mactarentur. 579.
- Saba** regio thurifera an sonet *Mysterium Graecis*. 135.
- Sabbatia** vel **Sabatia** vicus Celticus an sit Liguriae oppidum. 579.
- Sabae** nomen sacrificularum Bacchi. 629. quas alii vocant **Mae-nades**, **Bassarides**, **Thyades**. ib. vel nomen gentis **Thraciae**, **Arabiae**, **Persidis**. ib. etymon. 630.
- Sabathion** Rabinorum fluvius ubi situs. 107.
- Sabini** antiqui Italiae populi. 580. regio **Sabinia** ubi sita. ib. ety-
- mon. ib. eorum urbes **Reate** et **Cures** unde nobiles. ib. ex raptu **Sabinarum** virginum quid moesti ac laeti oriatur. ibid.
- Sabires** vel **Sapires** gens in mediterraneis Ponticae. 587.
- Sacae** gens **Scythiae**. 581. eorum limites seu confinia. ib.
- Sachalitae** gens **Indica**. 590. regio **thurifera**. ib. **Sachalites** sinus ubi situs. ib.
- Sadalis** **Aegyptia** urbs. 580. oppidi Dani **Sadalitae**. ib.
- Saepe viros etiam doctissimos corrigerre quae non sunt corrigenda. 315.
- Sagalassus** seu **Selgessus** urbs **Pisidiæ**. 580. aliis **Lyciae** vel **Pamphyliae**. ibid. cives **Pisidarum** bellicosissimi. ib.
- Sagartia** **Chersonesus** iuxta mare Caspium. 580. incolae **Sagartii** incolunt in Media vel inter Persas. ibid.
- Saguntus** vel **Saguntum** urbs in Hispania. 580. eius fides in Romanos quanta. ibid. unde denominantur **Saguntina** rabies, famæ, calices, et cives Saguntini. ib.
- Sais** urbs **Aegypti**. 581. unde denominantur **Nomos** **Saites** et **Saiticum** **Nili** ostium. ibid. ubi in Minervæ templo sepultura **Psammitichi**. ib.
- Sal** cur evanuerit in Troade. 661.
- Salamii** gens **Arabum** confederatorum cum **Nabataeis**. 581. etymon. ib. an sint iidem qui **Salmeni** vel **Salmani** vel **Cinei**. ib.
- Salaminius** **Iupiter** ubi habeat delubra. 537.
- Salamis**, **Salamin** vel **Salaminia**

- insula et urbs secus Atticam.  
**581.** eius circuitus quantus. ib.  
 olim an dicta aliter. ibid. unde  
 inclauerit. ibid. Solonem inde  
 fuisse oriundum. ib. Salaminios  
 olim excelluisse re navali. 581.  
**Salganeus** Boeotiae urbs post Chal-  
 ciden iuxta Euripum. 581.  
**Salinae** Tragesaeae. Vide Amaxitus:  
**Sallentia** urbs Messapiorum. 582.  
 qui fuere Italiae populi in Ia-  
 pygia. ibid. etymon. ibid. urbes  
 praecipuae. ibid. promontorium.  
 ibid. fuisse colonos Cretensium.  
 ibid. in qua Italiae regione vi-  
 xerint. ib.  
**Salmanassar** Assyriorum Rex quot  
 annorum obsidione Samariam  
 expugnaverit. 583.  
**Salmacis** an fuerit urbs Cariae.  
**582.** in Cariae autem metro-  
 poli Halicarnasso fuit fons Sal-  
 macis. 582. cuius aquae potae  
 an reddant molles effoeminatos-  
 que. ib.  
**Salmasii** etymologia de Apamia im-  
 probatur. 91. an recte corrigat  
 Hesychium. 544. ubi sumat in-  
 certum pro certo. 546. utitur  
 mirifico corrigendi modo. 461.  
 arguitur erroris in sequentibus.  
 89. 94. 197. 534. 535. 725.  
 et alibi.  
**Salmone** fons et urbs regionis Pi-  
 satidis in Olympia. 582.  
**Salmoneus** Epeorum Pisatarum-  
 que rex. 582.  
**Salmydессus** sinus Ponti. 582. aliis  
 an sit potius urbs Thraciae,  
 Halmydesson. ibid. an fuerit li-  
 tus et urbs. ibidem.  
**Salonas** coloniam inter Dalmatiae  
 maritimam, Saloniam vero' inter  
 mediterraneas civitates recense-  
 ri. 583. illas fuisse celebriores  
 quam Saloniana. ib.  
**Salyes** populi Narbonensis Galliae,  
 qui cum Romanis infeliciter  
 belligerarunt, ubi incoluerint.  
 582.  
**Samah** Arabum quid significet.  
 433.  
**Samaim** et **Samaimah** Hebraeorum  
 quid significant. 433.  
**Samaria** regio et urbs Iudeae.  
**583.** aliis dicta Marion, Ma-  
 rione, Ectenias et Sebaste. ib.  
 Hebraeis Someron. ibid. in qua  
 fuit sedes Regum Israëlis, do-  
 nec Oseas cum suis in Assyrii  
 Regis terras inde fuit abductus.  
 ibid. in quorum locum succes-  
 sere Cuthaei. ibid. quomodo eam  
 Hyrcanus solo aequaverit. ibid.  
 quomodo Herodes Ascalonita  
 instauraverit et Sebasten voca-  
 verit. ib.  
**Samaritas** Iudei cur appellant  
 Cuthaeos. 583. eorum templum  
 a quo aedificatum et eversum.  
 ibid.  
**Samaritani** an careant tribus lite-  
 ris gutturalibus. 583. cur Sa-  
 cerdotem Heli traduxerint tan-  
 quam Magum. ibid. an in eo-  
